



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 32. S. Helena S. Crucem invenit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. tur, quæ legitimo titulo acquisierant  
A. C. 326. aliunde, quam ex iis, quæ ante eorum separationem Ecclesiæ Catholicæ fuerant propria. Minus invidiosum era Novatianorum, quam aliorum illius temporis hæreticorum schisma, atque Imperator Acesium eorum Episcopum propter morum probitatem magni faciebat.

*Sozom. I.  
c. 23.*

### §. XXXII.

#### *S. Helena S. Crucem invenit.*

*Sup. I. III.* Inter Cæsareæ liberalitatis monumenta,  
§. 25. quibus condendis annus Imperii ejus  
*Euf. III.* vigesimus occasione fuit, magnificæ Ec-  
vit. c. 26. clesiarum structuræ, præsertim in Terra  
27. &c.  
*Ruf. I. hist.* Sancta, sunt accensenda. Gentiles, ut  
c. 7. memoriam Resurrectionis JESU Christi de-  
lerent, specum S. Sepulchri repleverant,  
& multam superinjectam terram pavi-  
mento lapideo straverant, cui templum  
Veneris superstruxerunt, ubi consueta  
huic Deæ sacrificia offerebantur, hæc  
omnia eo consilio, ut si Christiani JESUM  
Christum adoraturi venirent, Veneri cul-  
tum exhibere viderentur. Constantinus  
mandata dedit, ut ibi Ecclesia singulari  
magnificentia ædificaretur; scripsitque  
Episcopo Macario epistolam, qua velle  
se dicit, ut hæc structura non reliquas  
Ecclesias solum, sed etiam omnia urbium  
ædifica operis elegantia superaret. *Jussa  
dedi,*

dedi, subjungit Constantinus: *ut Draci-Sæculum IV.  
lianuſ, Præfectorum Prætorii Vicarius, & A.C. 326.*

*Provinciæ Rector, ad nutum tuum necessa-  
rios operarios educendis muris adhibeat.*

*Quale marmoris, & columnarum genus  
magis convenire judicaveris, mibi per-  
scribas velim, & procurabo illuc deduci.*

*Gratum quoque facies, si rescripseras, an  
expediat, ut Ecclesiæ fornix laquearibus,  
aut alio opere ornetur, si laquearia sint,  
haec auro obduci oportebit.*

Quod faciendum jussérat filius, ma- *Theod. I.*  
ter exequi in se suscepit; Helena tunc *c. 18.*

agebat annum ferme octogesimum, a  
pluribus jam annis pietatis, & chari-  
tatis operibus unice intenta. Impera-  
tor ejus filius matrem ad veræ Religio-  
nis cognitionem perduxit, quam antea  
ignorabat, titulo Augustæ decoravit, ejus-  
que effigiem in nummis aureis exprimi  
voluit. *Ipsa thesauros suos liberalissime Euf. III.*  
in eleemosinas impendebat, assidue Ec- *vit. c. 47.*  
clesias frequentans, & variis ornamenti- *ibid. c. 45.*  
ditans; oratoria quoque urbis minora  
infra ejus curam non erant. Sæpius in  
conventibus Ecclesiæ, populo circumfu-  
so media, vestitu simplici, & modesto Au-  
gusta conspiciebatur.

Quamvis ætate gravis profectionem *ibid. c. 42.*  
ad Loca Sancta instituit, eaque sumptu- *Inventio*  
bus, & liberalitate filii ornavit, erectis S. Crucis.  
pulcherrimis ædificiis. Per Orientis Pro- *ibid. c. 44.*

Sæculum IV. vincias transiens, in milites, integræ  
 A. C. 326. communitates, homines privatos ad se  
 confugientes, largissimas opes effundebat, his pecunias, his vestes dabat, alio  
 carceribus, alios fodinis addictos liber-

*Theod.* 1. bat, exules revocabat in patriam. Cum  
*c. 18.*

*Ruf. c. 7. 8.* Jerosolymam pervenisset, prima cura fu-

*Socr. I. c. 1.* jubere, ut templum Idolumque Veneris

*I7. Sozom.* quo S. Crucis, & Resurrectionis locus

*II. c. 1.* profanabatur, dejiceretur; auffertur te-

*Ambros. de ob.* ra injecta, profundius foditur, S. Sepul-

*n. 42. &c.* chrum invenitur, & non procul tres cru-

*Cyrill. Hie-* ces terræ mandatæ. Cum, quænam ex-

*ros. Epist. iis* Salvatoris nostri esset, nesciretur, S.

*ad Conſt.* Macarius detexit, sequenti industria usus

cruces ad quandam fæminam nobilem

multo tempore languentem, & ad extre-

ma deductam deferri jussit, quælibet ea-

rum inter preces moribundæ admota,

cum vero tertiam attigisset, illico con-

valuit. Cum cruce inventus est quo-

que titulus, separatus, & clavi, quos

cum notabili parte Crucis S. Helena ad

filium transmisit, partem alteram Jero-

lymæ reliqtam, & thecæ argenteæ inser-

tant, Episcopo in posteritatis solatium cu-

*Paulin. ep.* stodiendam commisit. Hæc sæculo se-

*II. ad Se-* quenti semel in anno ad solemnitatem

*ver.* paschalem, id est, in Parasceve, ostende-

batur; Episcopus, cum primus eam ado-

rasset, populo etiam adorandam expone-

bat; unde haud dubie pia hæc cæremo-

nia

Nunq

pta if

pereg

nient

ret.

tim

to, q

sibi in

(\*)

schen

Theil

Erfi

nicht

auch

Jeru

Theo

zu:

und

Euse

gen

Zeug

So

seyn

Fru

auf

Jah

So

ner

te,

för

nia in omnes alias Ecclesias transiit. Sæculum IV.  
 Nunquam vera crux Jerosolymæ, exce- A. C. 326.  
 pta ista die, publice patebat, nisi forte  
 peregrinis crucis videndæ causa adve-  
 nientibus Episcopus hanc gratiam face-  
 ret. Clavos repertos Constantinus par-  
 tim cassidi, qua tegebatur, partim lupo-  
 to, quo equum regebat, jussit infigi, ut  
 sibi in acie præsidio essent. (\*)

P 4                    Interim

(\*) Hier ist eine Umerkung des Protestantischen Uebersezers auf seiner 400. Seite im 2ten Theile. Er sagt: Die Erzählung von der Erfindung des Kreuzes durch die Helena ist nicht ohne Zeugen im Alterthum. Er nennt auch drey davon, den Rufinus, den Cyrillus von Jerusalem, und den Ambrosius in einer Rede an Theodosium. Nichts destoweniger setzt er hinzu: Aber die Aussage lautet gar verschieden, und macht dieselbe verdächtig. Warum? Eusebius saget nichts davon. Das Stillschweigen eines Arianers ist bey ihm mächtiger, als das Zeugniß dreyer Römischkatholischen Sribenten. So müßte auch die Auferstehung Christi verdächtig seyn, weil Josephus Judæus nichts davon meldet.

Der Uebersezer hält diese Erzählung für eine Frucht solcher Zeiten: da der Aberglaube schon auf dem Thron gesessen, welches vom vierten Jahrhundert nicht behauptet werden kann. So weit ist gewiß Constantinus, saget er ferner: nie verfallen, daß er geglaubet haben sollte, daß er und sein Pferd schußfrey werden könnten, wenn dieses Nagel vom Kreuz Chri- sti

Sæculum IV. Interim ipsius Imperio, & suæ ma.  
A. C. 326. tris curis Ecclesia S. Sepulchri exsurga  
Eus. III. bat, sex annorum opus. Circa templum  
c. 33. civitas pone antiquam, sed non in eodem  
locu

sti in seinem Stangenzaum führte. So sind insgemein die Beschuldigungen unsers Uebersezers mit welchen er wider die Lehre, oder die Gebräuche der Römischen Kirche angezogen kommt, beschaffen; zum Grund leget er eine Lüge. Wer sagt, daß Constantinus habe geglaubet, er und sein Pferd könnten dadurch schußfren werden? was für ein Katholick glaubet heut zu Tage, daß ihm unfehlbar kein Unglück begegnen könne, wenn er schon vor der Gefahr einen Kreuz-Partikel, oder andere heilige Reliquien verehret?

Ferner sagt der Uebersezer, die Reisen nach Jerusalem, und zum Heil. Grabe hätten in einem Aberglauben ausgeartet. Der h. Hieronymus hätte es dem h. Paulinus als eine Thorheit verwiesen, und Gregorius Nissenus hätte eine eigene Rede wider diejenigen gehalten, die nach Jerusalem Wahlfahrten gethan. Es ist nicht gleich bey einem jeden Menschen zu billigen, wenn er auch aus Andacht nach Jerusalem reisen will; und wenn auch daraus bey einigen Leichtgläubigen Aberglaube entstanden wäre, so folgte dennoch nicht, daß die Sache selbst nicht loblich sey. Er setzt noch hinzu: Die Wunderwerke, und sonderlich dieses, daß am Tage der Auferstehung Christi ein Feuer vom Himmel herab falle, dadurch alle in dem über dem Grabe Christi erbauten

Temp.

æ m.  
xsurge  
nplum  
eoden  
loco  
So sind  
rsetzers  
Schwne  
it, he  
er und  
i? was  
ag ihm  
venn a  
, oder  
n nach  
t einer  
nymus  
it ver  
e eige  
Jeru  
ch be  
ch aus  
wenn  
rglau  
, das  
t noch  
die  
christi  
urch  
auten  
Lem

loco, educebatur, quæ nova Jerosolyma, Sæculum IV.  
a Prophetis prædicta, videri poterat. A. C. 326.

Haud procul in vertice montis olivarum *ibid. c. 41.*  
aliud Imperatoris jussu templum ædifica-  
tum in honorem, & memoriam Ascen- *c. 43.*  
P 5 sionis

Tempel befindliche Lampen angezündet wür-  
den, wären die Lockspeise gewesen, und daß  
diese Erfindung abergläubigen Menschen  
durch die veranstalteten Creutzfüge Ströme  
Blutes gefosst hätte. Hier beschuldiget er  
ganz Europa, welches meiner Vertheidigung nicht  
nöthig hat. Dieser Mensch wäre einer Nachsicht  
würdig, wenn er die Lehre der Römischen Kirche,  
die er bestreiten will, vorher richtig vortragte.  
Man lehret in der Römischen Kirche, daß es ver-  
nünftig, läblich, Gott-gefällig, und dem Menschen  
nützlich sey, das Heil. Creuz verehren, und weiter  
nichts. Wird auch bisweilen das Wort: adora-  
re, oder: Adoratio gebrauchet, so wird solches  
keinesweges auf das Creuz, sondern auf Jesum  
Christum gedentet. Wenn auf dieses Bekenntniß  
unser Ueberseher fortfähret zu schreyen: Ab erglaub-  
be! Abgötterey! so muß er ein Dummkopf, oder  
ein Heuchler seyn. Noch einige Worte aus dieser  
Anmerkung verdienen angezogen zu werden: er sa-  
get: So gut es die Helena mag gemeynet ha-  
ben, da sie diesen Ort reinigen lassen, und die  
Ehre des Erlösers retten wollen; so wenig  
haben ihre Nacheficer Beyfall gefunden. Es  
meynet also dieser Protestant, die Heil. Helena  
hätte besser gethan, wenn sie das Heil. Creuz Chri-  
sti hätte liegen lassen, wo es gelegen ist.

Sæculum IV. sionis JESU Christi, iterumque aliud  
A. C. 326. Bethlehem, ut specus nativitate ejus co-

*Ruf. I. c. 8.* secrata in honore esset. Hæc ædifici-

*Theod. I.* donis pretiosis decorata erant, vasis  
*e. 18.* reis, & argenteis, velisque diversi colo-

ris, æternis monumentis, quanta pietate  
Constantinus, & Mater ejus Religionem  
coluerint. Ipsa aliquanto adhuc tem-  
pore in Palæstina morata, præter ali-  
summæ Religionis signa honorem maxi-  
mum Virginibus Deo dicatis habuit, qui-  
bus in unum convocatis, & in mattis ac-  
cumbere jussis, ipsa ad mensam Regum  
manibus ministravit, urceum tenens, &  
aquam manibus earum lavandis in subjo-  
ctam pelvim superinfundens, ipsa quo-  
que cibos inferre, pocula vino impleri,  
& bibentibus porrigere. Tandem piissi-

*Theoph. an.* ma Princeps, ubi Romam rediit, ibi men-

*Pag. h. n. 9.* se Augusto, hujus anni 326. in Imperato-  
ris filii, & Cæsarum nepotum suorum  
amplexu diem obiit, cui Imperator pom-  
pa Regia parentavit. Ecclesia 18. Aug.  
ejus memoriam agit. Constantinus, a

*Gothofr.* Chron. Cod. mense Julio jam Romæ præsens, annum

*Theod.* Imperii sui vigesimum magnifice celebra-  
vit, mansitque ibi tribus mensibus; sed  
cum ob zelum extirpandæ Idololatriæ  
Senatui, populoque factus esset invisus,  
Roma discedens, nunquam exinde illuc  
rediit.

§. XXXIII.